



Umschreibung

Ee, 4



14.
N. 20.

RATIONEM,
PRAETER AUXILIUM DIVINUM,
RERUM
GERENDARUM PRÆSIDEM,

CUM
Felicissimis auspiciis

TERTIUM

VIR PRÆNOBILISSIMUS EXCEL-
LENTISSIMUS ATQVE EXPERIEN-
TISSIMUS

DOMINUS

FRIDERICUS
HOFFMANNUS,

POTENTISSIMI BORUSSORUM REGIS, FRIDERICI I.
AUGUSTÆ MEMORIÆ CONSILIARIUS ATQVE AR-
CHIATER, NEC NON MEDICINÆ PRO-
FESSOR PRIMARIUS

ANNUOS FASCES ACADEMICOS.

DIE XIII JULII A. O. R. c10 1000 XVIII.

In Alma Fridericana

OMNIVM SVFFRAGIO ATQVE CONSENSV
OBTINERET

PATRONO SUO PARENTIS INSTAR DEVENERANDO

EX AFFECTU GRATULATURUS

METRIS QVALIBUSCUNQVE HEROICIS

ASSERUIT

OTTO FRIDERICUS KNORRE, LIC.

Reipublicæ Patriæ Camerarius.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

TYPIS JO. CHRISTIANI HENDELI, ACAD. TYPOGRAPH.

*** **



Uid ratione prius? melius quid nosse li-
cebit
Humano generi, quod per discrimina
rerum,
Per vitæ scopulos fallaces, perque tre-
centos

Sæpius errores passu titubante labascit?
Quo duce, quave via proficiscens tutior ibit
Hospes, ne plantas quidquam sufflamine stringat,
Ac si perquirat latebras ratione viarum,
Cautaque demonstrat planum prudentia callem.
Imprudens Phaëton radiantem lumine currum
Et celeres Titanis equos rectorus, in undis
Haud oculos vitamque suam clausisset acerbe,
Si tumidos prius ipsos in mente tumultus
Ac factum domuisset iners, rationis habenis.

Summis ima ruunt, non hospes ab hospite tutus
Vivit, & in tenebris omnes versamur iniquis,
Provida vis animi si tota sepulta quiescat.
Religio cessat; sancti mysteria verbi
Spem fractis animis dulcem fundentia, Mystra
Nullus rite docet, nisi præter flaminis amplo
Munere divini pura ratione repletus.
Jura fidesque silent, sacræ clauduntur asyla
Justitiæ, perversa parit fallacia lites:
Arsque salutaris fulcro non nititur ullo,
Morbi causa latet Medicos utcumque peritos
Præmatura citæ tradentes funera morti.
Talia neglectum rationis fata sequuntur!
In profunda potest almæ miracula nemo
Naturæ penetrare satis, sed credula cæcam
Huc illuc rapit atque trahit sententia mentem;
Ast Ariadneum rationis ad abdita filum
Perducit multum, quo non pertingeret usquam

Re-

Regna, quibus focors præest moderatôr & Atlas
Deliciis merfus, vitiorum subditus ipse,
Sæpe patent gravibus mox interitura ruinis;
Cum vigeant alibi Saturnia tempora, cives
Se spectent tutos, tranquilla pace fruentes,
Sceptraque circumdet felicia ramus olivæ,
Quæ ratio tractat, prudentia summa gubernat.

At quorsum mea Musa ruis, prolixa quid audes,
Fundere verba? nihil multum blaterare juvabit.
Quod magno profers nisu, curatius illud
Dudum perpendit, nunc regnaturus Apollo.
Kudis & ut pendere velis Ipfius ab ore
Mellifero pedibusque suis, vix cuncta teneres.
Quo fax dispergat rectæ sua lumina mentis,
Ufibus Ipfe docet, nitidiffima scripta loquuntur. *
Contrahe jam magnis modulamen laudibus impar.

Eloquar an fileam? fuavis prius ipfe diei
Splendor & auspicium pofcit, nova gaudia fuadent.
Ufibus ipfi doces, HOFFMANNE per æthera notus
Qui fcandis, decus immortale, Machaonis almi
Progenies ingens, Tua corda, quod enthea virtus
Imbuat, atque Tibi, cunctis prudentia rebus
Dux adit conftans, comes experientia præfto.

Humanum corpus vitæ Tibi commoda centum
Debet; Habes curam durantis in æva falutis:
Ilia fic fervas, ne quod fyntoma moleftum
Exedat infractas vires & robore privet.
Morbi, fi qua graves infestent membra, gementi
Suppetias felix medicamine ferre laboras.
Sic iterum firmi concordant corporis artus.
Haud fecus ac rutilo fulgens ubi murice, junctis
Pieridum votis Academica fceptra tulifti,
Tota tuæ cesfit Parnasfi machina curæ,
Quam quoque mirifice tenuit concordia sanam;

Adhi-

* Vid. Magnif. Reëtoris vicarii, de ratione Præfide univerfe
Medicinæ difp.

Adhibitis medijs, juvenum servare coronam
 Te Pallas vidit, venturos pellere casus.
 Si quædam vitii scabies scelerisque nocivum
 Corrupti virtus præcordia sæpe juventæ,
 Digna principiis poterat obitare medela,
 Ne mala conficiant totum putredine, corpus.
 Corporis & quoties, MEDICORUM SUMME SACERDOS!
 Tradita cura TIBI, primos non mente supina
 Cognoscis morbi motus, incuria nunquam
 Te, licet in media noctis, depellit ab agris.
 Perferutaturus discrimina quæque dolorum
 Ad sedem penetras acri rationis oculo,
 Promptius ut validam possis adferre medelam.
 Decrepetis senibus prudens Opiata negabis
 Pocula, morbofo nec Mercurialia cuique
 Ceu præsens præstent medicamen, danda putabis.
 Sic animis juvenum quoque cum ratione regendis
 Cautus adesse soles, quoniam prudentia mentis
 Expertis semper manibus bene consulit. Ergo
 Non horrenda statim conquassat poena Minervæ
 Quosvis discipulos, moniti ni temnere malint
 Patres consilio præsentis, mente rebelli.
 Ut non falce statim Medicus præscindis acuta
 Morbida membra, gravis modo non gangræna superfit.
 Læta dies igitur salve! signanda coruscis
 Undique Chrysolitis rutilantibus atque Pyropis
 Talem Musarum nunc tertia sceptrâ gerentem
 Eximium Phœbum permittis plausibus edens.
 Tertia sceptrâ gerens HOFFMANNUS in orbe celebris
 Innuit haud dubie, quod fama, quod optima nobis
 Omina divinent, sapiens quæ pectus in illo
 Fausstis consiliis ratio munita serenet.
 Magnificos binos sub laudibus antea fâces,
 Qui tulit, en! ternos per vota secunda regenti
 Non male Prussorum Rex clementissimus addit:
 Hi reliquos vincunt. Numero DEUS impare gaudet.
 Huc igitur Clarios latices properate bibentes!
 Hucque cærvatim cum votis vertite lætas
 Linguas, quos scandens pia Fridriciana per auras
 In gremio nutrit, pleno splendore propinquat
 Palladis æternis domibus, solumque salutat
 Excelsum, prudens rerum moderamine Rector
 Vive, senesce! Tibi Divina potentia vires
 Robora suffectura ferat, quo pondera firmos
 Muneris haud humeros submergant. Vive, senesce!

Ua 933^a

I. 4^o

ULB Halle 3
003 591 591





RATIONEM,
PRAETER AUXILIUM DIVINUM,
RERUM
GERENDARUM PRÆSIDEM,

CUM
Felicissimis auspiciis

TERTIUM

VIR PRÆNOBILISSIMUS EXCEL-
SUS ATQVE EXPERIEN-
TISSIMUS

MINUS

ERICUS

MANNUS,

ORUM REGIS, FRIDERICI I.
CONSILIARIUS ATQVE AR-
TIS MEDICINÆ PRO-
FESSOR PRIMARIUS

ES ACADEMICOS.

D. R. c. l. o. l. o. c. c. X V I I I.

Fridericana

IO ATQVE CONSENSU
INERET

IS INSTAR DEVENERANDO
GRATULATURUS

SCUNQVE HEROICIS

ERUIT

CUS KNORRE, LIC.
triæ Camerarius.

DE BÜRGICÆ,
ENDELII, ACAD. TYPOGRAPH.

